

## LA CAUSE DE M. OLIER

---

Supplique à Notre Très Saint Père le Pape

---

§ ANCTISSIMO ac Reverendissimo Domino Nostro  
Leoni Papae XIII.  
Beatissime Pater,

Archiepiscopi, episcopi, presbyterique Canadenses infra-  
scripti.....

Humillime Vetram Sanctitatem obsecrant, ut ad felicem exitum mox perducatur Causa beatificationis servi Dei Joannis Jacobi Olier presbyteri Saecularis, qui, anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo, aetatis suae quadagesimo nono, Parisiis piissime obiit.

Eximiis naturae et gratiae dotibus cumulatus, blanditiis mundi valedixit, stultitiam crucis amplectens, et Sancto Vincentio a Paulo docilem se tradidit discipulum ; sub cujus paternâ directione, caelesti succensus igne, missionum exercitia apud pauperrimos ruricolos cum ingenti labore pariter et fructu, non tironis sed veterani instar, peregit. Unde vix annum vigesimum septimum agens, ipso plaudente Sapientissimo Vincentio, dignus episcopali honore judicatus est : quod tamen munus ipse tunc, et pluries postea sibi instanter oblatum, invicta humilitate recusavit.

Conciliis Divinae Providentiae obsequens, Olerius pastorem parochiae Sancti Sulpitii curam suscepit ; et vastissimus ille ager vitis, impietatibus, sortilegiis, duellis, haeresibus quasi sentibus et venenosis plantis horridus, intra decem annos per catechismos mirabiliter ordinatos, praedicationes vere evangelicas, varias pietatis et charitatis associationes, divinam nocturnam-